



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtvte
Et Statv Religionis**

Qvo Qvid Contineatvr, Index proximus indicabit

De Obligationibvs, Qvæ Religiosvm Constitvnt, vel ad illum disponunt

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1625

V. Vtrùm propter necessitatem parentum, teneatur quis non ingredi
religionem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93480](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93480)

aut paganorum est impedimentum irritans: in aliis defectus natalium, seu esse legitime natum: in aliis grauis infamia, vel iuris, vel notorii facti, maxime si proueniat ex lapsu circa fidem, vel proprio, vel progenitorum ad forum contentiosum delato, & in illo publice punito: aliquando etiam irregularitas homicidii voluntarii, vel aliud simile.

16. *Notandum circa formam qua impeditur mensa ponatur.*

Circa has autem constitutiones duo obseruanda sunt. Primum est generale, an scilicet verba illarum constitutionum sint tantum prohibentia, vel etiam irritantia: nam si solum prohibeant, ex vi sua non reddunt factum irritum, nisi aliunde vel ex usu & praxi religionis, vel ex aliis circumstantiis talium constitutionum constet hanc esse legis intentionem. Si autem constitutio est irritans, tunc est secundo considerandum, an talis irritatio cadat immediate in sola professionem, vel etiam in receptionem directam, & immediate, quando enim sit priori modo, licet professio facta a tali persona inhabili sit simpliciter nulla, receptio nihilominus non ita absolute nulla est, sed solum sub conditione, si conditio inhabilitans ablata non fuerit, vt in similibus explicatum est. Vt, v.g. si constitutio religionis dicat: Prohibemus aliquem recipi ab Hebraeis ducentem originem, & professio ab illo facta nulla sit, & contingat aliquem ex eo genere recipi; postea vero ante professionem dispensationem obtineat, non oportebit illum nouitatum inchoare, sed factum valebit ex vi prioris receptionis, quia non sit simpliciter nulla, sed tantum sub predicta conditione. At vero si irritatio directe & immediate in ipsam receptionem cadat, tunc non sufficit predicta dispensatio, quominus necesse sit denuo recipi, & nouitatum inchoare, nisi etiam de hoc ipso specialis dispensatio habeatur, quam solus Papa possit concedere, quia solus ipse potest dispensare, vt sine integro probationis anno valida professio fiat.

Alia impedimenta alterius generis assignantur.

17. *Multa dicuntur impedimenta, ne receptio facta non teneat. Hanc assertio communis est Doctorum in hac materia, potestque generali ratione suaderi, quia in aliis actionibus humanis non omnia, quae prohibent fieri aliquid, illud reddunt irritum, si fiat, vt patet in matrimonio, in ordinatione clerici, & in professione ipsa, idem infra ostenditur: ergo idem erit in presenti. Ad quam etiam confirmandam multa sumi possunt ex dictis in puncto praecedenti. Denique potest ita declarari: nam haec impedimenta citari possunt, vel ex naturali iure, vel ex Ecclesiastico communi, vel ex proprio iure singularis religionis. De hoc ultimo iure manifestum est plures conditiones requiri in religione in persona recipienda, quae non sunt de valore receptionis, sed solum eo spectant, vt praeter religionis suo munere fungatur debito modo; vt, v.g. quod sit corpore sanus, vel ingenio valens, & similia; quae magis in particulari inferiori tractabimus de religione Societatis in specie. Itaque quoad hoc ius solum oportet verba eius expendere modo superius dicto.*

Tandem dicendum est, multa esse quibus homo impeditur ne possit licite ingredi religionem, quamuis per ea non reddatur simpliciter inhabilis, ita vt receptio facta non teneat. Hanc assertio communis est Doctorum in hac materia, potestque generali ratione suaderi, quia in aliis actionibus humanis non omnia, quae prohibent fieri aliquid, illud reddunt irritum, si fiat, vt patet in matrimonio, in ordinatione clerici, & in professione ipsa, idem infra ostenditur: ergo idem erit in presenti. Ad quam etiam confirmandam multa sumi possunt ex dictis in puncto praecedenti. Denique potest ita declarari: nam haec impedimenta citari possunt, vel ex naturali iure, vel ex Ecclesiastico communi, vel ex proprio iure singularis religionis. De hoc ultimo iure manifestum est plures conditiones requiri in religione in persona recipienda, quae non sunt de valore receptionis, sed solum eo spectant, vt praeter religionis suo munere fungatur debito modo; vt, v.g. quod sit corpore sanus, vel ingenio valens, & similia; quae magis in particulari inferiori tractabimus de religione Societatis in specie. Itaque quoad hoc ius solum oportet verba eius expendere modo superius dicto.

18.

De iure autem canonico praeter ea quae dicimus infra de modo receptionis, & de motu proprio Sixti V. non inuenio aliquam conditionem hoc speciali modo requisitam iure communi in persona ingressura religionem, praeter eas, quae iure naturae necessariae sunt. Dices ex generali regula & per quandam consecutionem necessarium esse vt talis persona non sit affecta Ecclesiastica censura. Respondeo si sit sermo de necessitate praeccepti, ad summum esse verum

Obiatio. Dicitur.

de excommunicatione maiori: aliae enim per se non impediunt, quia neque in sua formali priuatione (vt sic dicam) continent talem prohibitionem, nec specialiter aliquo decreto lata inuenitur: solum ergo possunt aliquando esse signa quod persona indigna sit vt ad talem statum recipiatur, quod iam pertinet ad naturale ius, & pendet ex coniectura, quam prudenter expendere necesse est. At vero excommunicatio maior priuat omni communicatione, praesertim spirituali, hic autem ingressus fieri non potest sine magna communicatione spirituali; & ideo dubium non est quin excommunicatus priusquam absoluitur, neque ingredi possit religionem, neque in ea recipi sine graui peccato. Si vero sit sermo de impedimento irritante, nego vllam censuram etiam maiorem excommunicationem huiusmodi esse, quia nec professionem irritat, vt infra ostendam: ergo multo minus receptionem, quia neque est proprie contractus, neque aliquo speciali, aut generali iure irritatur.

Excommunicatio maior impedit ingressum religionis.

19.

In primo ordine naturalis iuris multa similia impedimenta interuenire possunt; etiam tamen praecipua occurrunt. Vnum est, si quis ingrediatur religionem, sciens ac prudens se esse ineptum ad labores, vel opera illius religionis, vt si habeat agritudinem occultam, vel quid simile. Secundum est, si ingrediatur contra debitum pietatis, vt quia habet parentes aut filios in graui necessitate constitutos, quibus subuenire posset, & deberet. Tertium est, esse obnoxium debitis, seu rationibus reddendis. De primo nil speciale occurrit dicendum, quia ad praxim illius solum est necessaria prudentia, qua expendatur quanta sit personae ineptitudo, vel improportio ad obseruandam perfectionem religionis, praecipue castitatem & obedientiam, & principales ritus religionis, vel etiam corporales eius labores sustinendos, si talis sit personae status vt ad vsum eorum recipiatur. In hoc autem genere maxime peccatur, quando tacendo talia impedimenta occultantur. Nam si ingressurus totam suam dispositionem religioni manifestat, & volutarie a religione recipiatur, ingrediendo non peccabit, sperans non plus ab eo fore postulandum, quam possit. Quod habet locum quando ex tali impedimento non sequitur aliquod morale periculum peccati; nam, si hoc interueniat, non sufficit voluntarius consensus religionis, vt licitus sit ingressus, vt, v.g. si experimento constaret aliquem esse omnino ineptum, ad seruandam castitatem, iuxta illud 1. Cor. 7. *Melius est nubere, quam vni.* Et sic de aliis. Alia vero duo impedimenta accuratiori indigent declaratione.

Qui impeditur religio, non potest ingredi religionem.

CAPVT V.

Virum propter necessitatem parentum teneatur quis non ingredi religionem.

TRACTABIMUS prius questionem hanc de filiis respectu parentum, vbi etiam extendemus sermone ad alios ascendentes. Deinde de parentibus respectu filiorum, & consequenter aliorum descendentium. Ac tandem de fratribus inter se; vnde a fortiori constabit quid de aliis consanguineis dicendum sit. Circa primum ergo punctum ratio difficultatis est, quia nemo tenetur diligere proximum quantum sibi coniunctum in ordine ad temporalia, vel corporalia bona plusquam se in spiritualibus, sed haec obligatio ad parentes ad summum potest esse ex charitate: ergo non obligat eum praedicta appetitione seu comparatione: ergo non obligat filium vt propter temporale, & corporale commodum vt propter proprium spirituale amittat. Nec satisfacet quod dicitur hoc bonum spirituale non esse simpliciter necessarium, sed ad

Ratio difficultatis proponitur.

sed ad melius esse temporale autem bonum, quo pater indigere supponitur, esse necessarium. Hoc, inquam, non satisfacit, tum quia tantus est excessus spiritualium bonorum ad temporalia, ut etiam ea, quae in priori ordine simpliciter necessaria non sunt ad aeternam salutem, praeferenda sint his, quae ad salutem corporis necessaria sunt: hac ergo ratione possum ego me exponere periculo mortis corporalis, ut faciam actum religionis, vel charitatis, etiam quando illi non sint in praeepto, nec ad salutem necessarii. Si ergo possum ego vitam propriae non subuenire ut actum perfectionis faciam, cur non potero statum perfectionis assumere contempta alterius necessitate corporali, etiam si sit patris? Tum maxime quia tunc illud supererogationis tale est, ut loquendo secundum ea, quae frequentius accidunt, ex omissione illius sequatur moralia pericula plurimum peccatorum mortalium, quae sunt damna gravissima cuiusque morti corporalia praeferenda.

Praeterea in primis est distinctio triplicis necessitatis, extremae, grauis, & communis, quae ad explicandam obligationem charitatis, misericordiae, seu elemosinae communiter a Doctoribus dari solent. Extrema dicitur quando homo est in eo vitae discrimine, ut nisi ei subueniatur, moraliter certa sit mors, aut grauisissimum periculum eius. Grauis dicitur quando vita haec sustentari non potest nisi cum magna penuria indigentia, ac difficultate, vel cum magno decore, vel notabiliter cadendo a proprio statu, vel exercendo opus alienum a qualitate & conditione talis personae. Communis necessitas dicitur quando homini necessarium est parce & moderate vivere, & non solum superfluis, sed etiam congruis aliquando carere, & statum porius minuire, quam augere, ut possit hanc vitam transire; nihilominus tamen adhibita industria, & diligentia, necessaria non defuit.

Communem patris necessitatem non impedire filij ingressum in religione.

De hac leui necessitate nulla est controuersia: nam D. Thom. & omnes auctores citandi fatentur propter hanc necessitatem nunquam obligari filium, ut omittat, vel differat religionis ingressum. Ita D. Thom. 2. 2. quaest. 10. art. 4. ad 4. quaest. 18. art. 2. quodlibet. 10. art. 1. ubi, quod notandum est, ait, si pater sine obsequio filii potest aequaliter sustentari, non obligari filium ad omitendum statum perfectionis, ut illi subueniat. Ratio autem in principio capta est, quae, ut minimum, hoc conuincit. Et confirmatur, nam in eo casu non teneretur filius emancipatus, seu habens bona propria in rigore praeepti alere patrem ex propriis bonis, maxime si non possit id facere nisi priuando se aequali commodo, vel honore: ergo multo minus ad hoc teneretur cum tanto spirituali incommodo. Denique praeeptum subueniendi parentibus affirmatiuum est, quod proinde non pro semper obligat, sed pro articulo necessitatis, & ideo iuxta gradum necessitatis gradus obligationis inducit. Necessitas etiam non absolute, sed respectiue obligationem inducit: eadem namque necessitas plus obligat eum qui facile, quam eum qui difficile potest subuenire, & tanta potest esse difficultas, tantumque dispendium alterius qui subuenire debet, ut indigentis necessitas quasi nulla reputetur. Ita ergo est in praesenti necessitate patris respectu filii, quia tanquam nulla moraliter reputatur comparatione tanti incommodi, quantum est priuari statu perfectionis. Quocirca licet pater expresse praecipiat filio, ut sibi subueniat, & religionis statum praetermittat, non teneretur filius illi obedire, quia non potest pater in hoc rigorosius praeeptum

Et Suarez de sum. relig. tom. 3.

filio imponere, quam natura ipsa posuerit, neque in his quae ad salutem suae animae spectant, tenetur filius obedire patri prohibenti, sine sufficienti causa, quae sibi utiliora sunt, & a Deo inspirantur, in quo casu patri spirituum potius obediendum est, quam patri carnis, ut ait Paul. ad Heb. 11.

Solum superest in hoc animaduertendum, ut talis necessitas patris prudenter penetur non solum secundum id quod in praesenti tempore actum iati est, sed etiam secundum id quod iam imminet, & moraliter ac proxime timetur: nam in his rebus moralibus periculum proximum, & probabile tanquam res ipsa reputatur, & ideo si tale esset in praesenti periculum, necessitas, quae per se sumpta esset communis adiuncta illa circumstantia, reputaretur moraliter grauis, essetque per alia principia statim tractanda, definienda: oportet ergo ut pensatis omnibus sitatur intra limites communis necessitatis; & tunc sine limitatione, & controuersia procedit assertio posita.

Extremam patris necessitatem ad religionis ingressum impedire.

Secundo de extrema necessitate est de conuerso certa resolutio, teneri filium non dimittere patrem in tali necessitate ut religiosus fiat. Hoc probabitur a fortiori ex dicendis in sequenti puncto. Duo autem ad hanc obligationem necessaria sunt. Vnum ut filius manendo in seculo possit illi necessitati subuenire, cuiusque rei morale seu probabilem spem habeat; quia nemo ad impossibile obligatur, neque ad aliquid frustra faciendum, & ideo praeeptum correctionis fraternae non obligat sine spe fructus, quantumuis grauis videatur proximi necessitas. Filius etiam si longè distat a patre, quem sciret esse in extrema necessitate, si non speraret illuc peruenire eo tempore quo possit illi succurrere, sine dubio non obligaretur illuc tendere: ergo similiter de contrario si filius ex sua praesentia fructum non sperat, nec remedium paternae necessitatis, non tenetur illuc non discedere cum magno detrimento: non ergo obligandus est frustra magnum bonum religionis omittere. Neque ad talem obligationem sufficit quod pater magno dolore, vel desolatione afficiendus sit: nam hi effectus per se non augent necessitatem, aut obligationem, nisi forte probabiliter timeretur inde magna mortis acceleratio, nam tunc iam posset filius huic malo subuenire, vel potius illi praenire, differendo ingressum, ideoque ad hoc teneretur.

Secundum requisitum ad hanc obligationem est, ut filius sit necessarius patri in huiusmodi necessitate conuictio, nam si vel alios filios habeat, vel aliam viam & rationem, qua suae necessitati consulere possit, recte poterit alius filius religionem ingredi, non obstante tali necessitate patris. Quia ut necessitas haec inducat obligationem moralem, respectiue accipienda est, tunc autem talis necessitas respectu talis filii vera necessitas non est, cum ipse ad illius remedium non sit necessarius. Atque hoc saepius reperit D. Thom. dict. q. 101. art. 4. ad argumenta, & ita exponit factum Christi Matth. 8. & Luc. 9. qui non permisit quandam differre suam conuersionem ad statum perfectionis propter curandam patris sepulturam; quia erant alii, inquit D. Thom. per quos poterat illud opus completere, si de solo funere, ut verba sonant, & Chrysostom. exponit, intelligatur: vel iuxta expositionem Cyrilli, erant alii, a quibus pater iam senex posset usque ad sepulturam sustentari.

Est autem obseruandum ad hanc excusationem satis non esse quod alii subuenire possint, sed oportere ut sit spes & moralis certitudo quod id sint facturi.



parum enim refert quod pater plures filios habeat, à quibus iuari possit, si alii tales sint, vt non credantur id esse facturi; & ideo in eo casu obligatio durat respectu alterius. Nec refert quod fortasse alii in eo facto grauius peccent, nam eorum peccatum non excusat alium; quia ex illo facto, & circumstantiis re ipsa sequitur, vt pater sit in extrema necessitate respectu talis filii, & consequenter vt filius ipse de facto teneatur illi subuenire, & ob eam causam ingressum religionis differre, si necesse sit. Nam hoc etiam in hac posteriori limitatione subintelligendum est: nam si filius sufficienter posset subuenire parenti in tali necessitate constituto, etiam si religionem ingrediatur, nimirum dando illi bona quæ habet, vel per amicos succurrendo; vel per aliam diligentiam, quam in religione existens potest exhibere; in eo casu non tenebitur ingressum differre, quia iam respectu illius cessat vera necessitas talis medii, & consequenter cessat etiam obligatio. Ex quibus tandem è contrario sequitur tandiu teneri filium ad differendum huiusmodi statum, quandiu patris necessitas durauerit; quod si illa perpetua fuerit, tenebitur etiam filius perpetuò in seculo manere si pater superuixerit; quia cum necessitas sit quasi radix huius obligationis, duratio illius est etiam radix durationis alterius.

Quenam sit obligatio nepotis ergo auum, vel alios consanguineos in extrema necessitate.

Sed quæres, an idem dicendum sit de nepote respectu au: imò idem profectò dari possit de quocunque homine respectu cuiusvis proximi existentis in necessitate verè extrema, & concurrentibus aliis circumstantiis, quod non sit alius qui possit subuenire, &c. Videtur enim idem esse dicendum de quolibet proximo, quia præceptum charitatis erga proximum maxime obligat in extrema necessitate: ergo implendum est, etiam si oporteat religiosum statum omittere. Quod si hoc verum est, à fortiori idem erit dicendum de auo, ad quem iuxta ordinem charitatis magis obligatur. Atque eadem proportione idem dici potest de aliis consanguineis, seruato ordine charitatis.

Nihilominus auctores omnes singulariter hoc dicunt de parentibus, apud quos etiam de auo nullam mentionem inuenio, quantum ad hanc obligationem, vnde sine dubio significant obligationem hanc etiam in extrema necessitate, esse singularem respectu parentis, & ex speciali titulo pronenire. Vnde considerandum est quod licet ex bonis fortunæ teneantur subuenire proximis in extrema necessitate existentibus, quando & illa bona habemus, & nobis ad conseruationem vitæ necessaria non sunt; non tamen tenemur regulariter loquendo, quando illa bona non habemus, ea procurare, & acquirere, vt proximo etiam extreme laboranti subueniamus. Sed ad summum quod fieri possit. Et eadem ratione non tenemur per nostras actiones vel corporalia obsequia huic necessitati cuiuscunque proximi succurrere, nisi cum eadem facilitate id fieri possit. Non verò si necesse sit totum studium & actiones vitæ per multum tempus huic ministerio seu necessitati dicere, quia præcisè ratio charitatis, & misericordiae non obligat cum tanto rigore ad subleuandas corporales miseras, & necessitates proximorum. At verò respectu parentis est specialis obligatio ad subueniendum illi non solum ex bonis externis iam habitis, sed etiam quaerendo & procurando illa, & cum aliquo labore, & difficultate, & per multum etiam

Qui possit, et sine factu, ad hoc ut si, l. no excu. sunt.

Si filius ingreditur religionem potest aliquid subuenire parenti, non tenetur tamen differre ingressum.

In extrema necessitate non tenetur nepos ut auo subuenire, nec consanguineo, nisi in casu, differtur per multum tempus religionis ingressum.

tempus, si parentis necessitas id exoptulat: & similiter extenditur hæc obligatio etiam ad corporalia illi necessaria, dicendo si opus sit per quodlibet vitæ tempus nostras actiones in parentis sic indigentis adiutorium; totum enim hoc comprehenditur sub quarto Decalogi præcepto: quamuis enim sub voce honoris præceptum illud feratur; quia, per se loquendo, debent filii parentibus reuerentiam & honorem potius quam subsidium, nam parentes debent thesaurizare filiis, non filii parentibus. Nihilominus ex accidenti si pater indigeat, ad illum honorem præceptum spectat omne obsequium illi necessarium, vt optime docuit D. Thom. 2.2. quæst. 101. art. 2. & quæst. 189. art. 6. & sumitur a patre ex Christi Domini interpretatione Matth. 15. vbi Hieronym. & ex eo Beda interpretatur honorem in Scriptura, non tam in salutationibus & officiis deferendis, quam elemosinis ac munerum oblatione sentiri. Vnde et ad Timoth. 5. Viduas honora, id est, illis subueni & prout, & infra, *Qui bene præsumunt presbyteri, duplici honore digni sunt; maximè verò omne huiusmodi obsequium ad patrem habet rationem honoris, vt ait D. Thom. supra ad primum, quia filii ex debito tanquam maiori. Nascitur autem hoc debitum ex peculiari titulo, quod à parentibus habemus quicquid sumus, tanquam à propria, & per se causa nostri esse: quæ ratio respectu aliorum proximorum locum non habet, & tam intrinseca & naturalis est, & tam grauis, vt ad totam prædictam obligationem sufficiat.*

Ex his ergo constat hanc obligationem non esse communem respectu omnium proximorum, quia non tenetur homo cum tanto discrimine cuiuslibet proximo subuenire, quia subuentio eius non est ex singulari debito, sed solum ex generali debito misericordiae; respectu autem parentis est ex speciali debito pietatis, quod multo rigorosius est, adeò vt excedat ordinariam iustitiæ obligationem: quamuis enim pietas non sit proprie iustitia, quia non est tam proprie ad alterum, est tamen perfectio quoad debitum, & obligationem, vt alibi latius tractaui. Si ergo subuentio proximi extreme indigentis breui aliqua dilatione religionis, per breuiem actionem, seu occupationem fieri potest, charitas aliquando ad illam obligabit, non verò ad differendum per multum tempus illum statum, vt homo vacet subuentio proximi. Quia neque alium inferiorem statum, aut ministerium, vel munus suum teneat homo relinquere, aut per multum tempus suspendere, vt subueniat simili necessitati cuiusvis proximi: ergo multo minus tenebitur ad perfectionis statum omittendum, vel multo tempore differendum. De auo verò (& cum proportione de aliis consanguineis) est nonnulla maior ratio dubitandi, quia debitum pietatis ad illos extenditur, iuxta doctrinam D. Thom. & Caiet. dict. quæst. 101. art. 1. Nihilominus tamen, absolute loquendo, non existimo hanc obligationem esse extendendam ad consanguineos, neque etiam ad alios; quia neque auctores illam extendunt, neque est sufficiens ratio, quia auus valde remore se habet ad nepotem, & per se illi non contulit esse, vnde neque auus habet naturalem obligationem alendi nepotem, vel thesaurizandi illi. Illa ergo obligatio pietatis respectu aliorum consanguineorum vel solum operatur, vt secundum ordinem charitatis præferenda sit, vel etiam, vt magis aliquod obsequium, vel subsidium illis exhibendum sit; non tamen cum tanto dispendio, præsertim per multum tempus.

Filius si pietas non sufficit ad subueniendum illi subuenire non solum daturus sua bona, sed etiam laborando procurare unde sufficit.

Corollarium.

Debitum pietatis erga parentem est magis debitum quam alibi.

P. 198

Vtrum graui necessitate teneatur filius non ingredi religio- nem.

Supereft dicendum de graui necessitate; circa quam difficilis est D. Thomae sententia, quia in praedicta artic. 4. quaestione 101. ad 3. & 4. nulla distinctione vitur, sed absolute ait, si carnalibus parentibus nostra obsequia sint necessaria; explicans vero gradum huius necessitatis addit, vt sine his sustentari non possint. Et e conuerso pro generali regula statuit; si aliquo modo obsequia possunt sustentari, licitum est eorum obsequia praestare, ad hoc quod amplius religioni vacemus. Haec autem verba extremam necessitatem indicant; illud enim extreme necessarium est, sine quo sustentari homo non potest. Item referens ibidem sententiam quorundam, qui dixerunt, etiam in eo gradu necessitatis licitum esse ingredi religionem parentum curam Deo committendo, solum illam impugnat, quia hoc esset tentare Deum, sub ipse diuini auxilii parentes periculo committendo, vbi humano consilio & industria aliquid remedium adhiberi possit: quae ratio solum in extrema necessitate locum habet. De hac ergo sola D. Thom. ibi loqui videtur, & in quodlib. supra citato expresse dixit, si pauperes potius aliquid sustentari non renetur filias, &c. quandiu autem non est in extrema necessitate, quantumuis sit in graui, potest aliquo modo sustentari. Quod magis explicauit addens, etiam si non honorificet, & concludens tunc tantum filium teneri, quando pater nullo modo potest sine filio sustentari. Vnde non debent deherere auctores qui sententiam minorem necessitatem quam extremam parentis non obligat filium ad omittendum ingressum religionis, explicantque in hunc modum. Nam solum illa necessitas detinet filium ne licite possit religionem ingredi, quae obligat extraneum ex misericordia ad subueniendum illi ex necessitate ad decentiam sui status; sed ad hoc nemo obligatur (iuxta communem sententiam) nisi in extrema necessitate proximi: ergo nec filius obligatur nisi in extrema necessitate patris. Maior ita suadet potest, quia longe altioris rationis est perfectio status animi, quam decentia status corporis: ergo necessitas quae non obligat extraneum cum diminutione, vel indecentia sui status politici, non obligabit filium cum amissione status perfectionis. Denique rationes dubitandi in principio posita hanc sententiam suadent.

Nihilominus communis sententia est, non posse filium, per se loquendo, dimittere parentem in graui necessitate, vt religionem ingrediatur, subintelligendo limitationes in praecedenti puncto positas; scilicet quod non sit alius, nec ipse filius aliter possit, manens autem in seculo possit: nam grauis necessitas & obligatio per se includunt haec omnia, & hanc sententiam videtur insinuasse D. Thom. dicta q. 101. art. 6. vbi sic ait, Dicendum est quod parentibus in necessitate constitutis, ita quod eis commode aliter quam per obsequium filiorum subueniri non possit, non licet filiis praetermissis parentum obsequio religionem intrare. Vbi ad exponendum, vel leniendum rigorem aliorum locorum videtur addidisse illam particulam commode; & ideo aliam etiam regulam moderatur, dicens, Si vero non sunt in tali necessitate, vt filiorum obsequio multum indigeant, &c. vbi non dixit extremam, sed multum; qui autem est in graui necessitate multum indiget, nec potest commode sine filii obsequio sustentari. Et expresse hoc docuit Syluest. verb. religio. 2. q. 7. Angel. verb. religio. n. 11. vbi refert D. Thom. quodlib. 3. art. 6. alias 16. & Alenf. 3. p. vide q. 31. alias 33. memb. 4. Nau. in summa c. 14. n. 14. Gerson tractatu de grauarii &c. alieno. Alphab. 33. lit. X. Lyra & alii ex-

positores Matth. 15. circa illa verba, irinum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Fauetque huic sententiae canon Concilii Gangrensis, qui refertur in cap. 1. d. 30. Si qui filii maxime fideles parentes deseruerint, occasione Dei cultus, hoc iniustum esse iudicantes, & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipsum in eis venerentur, quod fideles sunt, anathema sint. Inter canones etiam 80. qui referuntur a Pisano ex Concil. Niseno lib. 3. de Actis illius Concilii in 14. statuitur ne aliquis fiat monachus sine licentia Episcopi. Et redditur ratio; hoc autem idcirco statuitur, ne vllus causam habeat relinquendi uxorem, aut filios, aut matrem, aut similes qui auxilio eius opus habent.

Ex quibus & ex verbis Christi haec potest sumi regula, in qua haec sententia fundetur, diuinum ac naturale praecipuum praetermittendum non est propter opera consilii. Sed in graui necessitate filius tenetur subuenire parenti per se loquendo, & secluso consilio de statu perfectionis: ergo non obstante tali consilio tenetur filius praecipuum illud seruare. Maior praeter auctoritates adductas, facile probari potest, quia praecipuum est necessitatis, consilium tantum voluntatis, semper autem praefendum est quod est necessarium. Nec potest dici quod perfectio consilii cessare faciat obligationem praecipui, alias posset maritus negare debitum uxori praetextu continentiae seruandae, vel fieri religiosus ipsa iniurta, & similia exempla facile offerri possunt, quae facile ostendunt illum esse peruersum ordinem. Quocirca, licet opus aliquod per se cadat sub consilio, non tamen pro illo tempore, pro quo obligat praecipuum aliud naturale, cum quo ipsum simul seruari non potest, non enim possunt dari consilia de non seruandis praecipuis, sed dantur de bonis actibus, quatenus praecipuis non repugnant. Minor autem propositio certissima videtur, quia ad honorem naturaliter debentur parentibus pertinet eorum honorem non contemnere: ergo & non dimittere illos in graui necessitate, in qua nec sine magno detrimento, nec sine magno dedecore sustentari possent absque filii obsequio. Et confirmatur retorquendo quandam rationem in contrarium factam, nam multorum sententia, & valde pia, ac probabilis est, teneri vnumquemque ex misericordia ad subueniendum proximo suo, extraneo etiam ex necessitate ad proprium statum, dummodo non cogatur in simili graui necessitate se constituere: ergo de filio non solum probabile, sed certum est teneri, per se loquendo, ad subueniendum patri in graui necessitate constituto, non solum ex necessitate ad statum suum, sed etiam laborando si necesse sit, & honeste quaerendo vnde illi subueniat.

Quod si haec ratio solida est, vt esse videtur, ex illa iudicandum est, quanam sit grauis necessitas in praesenti materia. Illa enim quae per se sufficit ex lege naturae ad obligandum filium sub peccato mortali ad sustentandum parentem, vel ad obsequium necessarium illi praestandum, illa etiam in praesenti grauis existimatur ad hunc effectum obligandi filium, vt praetextu religionis parentis subsidium non dimittat. Et e conuerso necessitas quae per se non sufficit ad illam obligationem praecipui, etiam in praesenti non reputatur grauis; & ea non obstante potest filius de se libere disponere. Hanc regulam indicauit Nauarr. supra, & est manifesta ex dictis. Est enim praeter oculos habenda illa differentia, quam D. Thom. assignat inter parentem & filium, quod patrens per se tenetur alere filium, quia per se est sub cura eius, & indiget illius auxilio, filius autem non per se obligatur ad alendum patrem, quia non est principium eius, vel cutator eius, vt sic dicam, ne aiondi.

12. Probatur ratione.

Confirmatur.

13. Quamuis censetur grauis necessitas in praesenti materia.

Notanda differentia inter parentem & filium, quod patrens per se tenetur alere filium, quia per se est sub cura eius, & indiget illius auxilio, filius autem non per se obligatur ad alendum patrem, quia non est principium eius, vel cutator eius, vt sic dicam, ne aiondi.



sed tantum ex accidenti, occasione necessitatis, quæ propterea non inducit gravem obligationem, nisi gravis sit. Quando autem necessitas sit tanta, vt sufficiat ad illam obligationem, non habet certam regulam præter prudens arbitrium: explicatur autem à Doctõribus per has circumstantias, si necessarium esset parentibus mendicare, vel servire aliis cum magno dedecore, iuxta conditionem suarum personarum; vel si cogantur nimium affligi, aut incarcerari propter debita, vel multa incommoda corporalia pati, vt ægrotudinem, famem, nuditatem, frigus & similia, quæ omnia non absolute tantum, sed etiam respectu considerata qualitate personarum pensanda sunt vt prudens feratur iudicium.

14. Ad gravem patriæ necessitatem pertinet, si pater non possit sustentari honorifice iuxta statum suum, sed cogatur ad descendere.

Quo etiam fit, vt ad hanc gravem necessitatem pertineant etiam illa, quæ sunt indecentia ad statum, vt expressè Sylvest. dixit cum Angelo, quos alii sequuntur. Vnde quod D. Thom. in dist. quodlib. 10. dixit satis esse vt filius non obligetur quod pater possit sustentari, licet non honorifice, vel ab ipso alius locis retractatum est, vel intelligendum est de honore excedente statum, ad quem parentes quantum possunt aspirant, & per filios cupiunt ad altiorem gradum aliquid promoueri; ad hoc autem filii non tenentur etiam si parentes magnam partem suarum facultatum in studio filii, v. g. consumpserint, sperantes ab illo esse promouendos; quia hoc nec per se inducit specialem obligationem, nec etiam si filius velit, possit ad hoc se specialiter obligare, fuisse enim turpis obligatio, scilicet, ad non ingrediendam religionem, quando parentes in vera necessitate non existant, nec possunt iuste conquiri de filio, quia nullum maiorem fructum ex suis sumptibus & laboribus sperare poterant, aut debent, quam vt se perpetuo Dei obsequio consecrarent.

15. In gravi patriæ necessitate non potest nisi ingredi religionem, etiam si habeat illius votum.

Secundo sequitur ex dictis in prædicto casu gravis necessitatis parentis non posse filium licite intrare religionem, etiam si votum ingrediendi habeat, ita docent citati auctores. Et probatur, quia votum non potest obligare ad actum contrarium naturali præcepto. Item, quia id quod redderet illicitum votum si in principio existeret, excusat ab obligatione voti, si postea superveniat; si autem parente iam existente in gravi necessitate filius voluisset vouere ingredi religionem, durante illa necessitate votum esset illicitum, vt potest de re illicita: ergo quavis necessitas superveniat iam existenti voto, excusat ab obligatione voti. Dicunt vero aliqui maiorem necessitatem parentis requiri ad detinendum filium qui votum emisit, quia hæc necessitas latitudinem habet; & ideo non debet æqualis postulari respectu filii habentis, vel non habentis obligationem voti. Et confirmari potest, nam si filius iam esset religiosus, non teneretur relinquere statum, vt parenti subseruiret: ergo similiter si habeat religionis votum, non renebitur illud prætermittere, vel saltem non semper æqualiter tenebitur ac si votum non emisisset.

16. Tenenda est, scilicet: Omnis necessitas parentis, quæ obligat filium non habentem votum ad non ingrediendam religionem, obligat eum etiam si votum habeat; hanc enim probat rationes factæ, quæ ita etiam possunt explicari, quia illud votum solum est de ingressu quatenus cadit sub consilio; sed ingredi relictis parentibus in gravi necessitate, non est opus consilii: ergo non fuit materia illius voti: ergo non intercessisset. Quocirca licet necessitas parentis secundum se possit esse maior, vel minor, tamen quoad hanc effectum consistit in morali puncto, in illo sci-

licet, quod secundum se sufficit ad obligandum filium subventioni parentis abstrahendo à voto, & ab omni ordine ad statum perfectionis. De exemplo autem adducto, scilicet de filio iam religioso non sumus hoc loco dicturi, sed postquam de professione & statu ipso diximus. Nunc quidquid sit de antecedente, negatur similitudo, quia per solum votum simplex filius nondum mutavit statum suum, nec traditionem sui fecit, & ideo parens nihil amisit de iure suo; factus autem religiosus iam mutavit statum, & ideo solum iuxta capacitatem & decentiam talis status, tenetur postea patri subvenire; maxime quando necessitas post statum religionis supervenit, vt dixi latius infra suo loco.

Tertio hinc subinfertur, quoties filius habens votum religionis licite potest sua auctoritate non ingredi religionem propter necessitatem parentis, etiam teneri ad non ingrediendum, neque inter hæc duo dari medium. In quo aliquos etiam viros doctos errare video, putant enim aliquam esse necessitatem, propter quam licet non ingredi, quavis non sufficit vt sit illicitus ingressus ex illo principio, quod hæc necessitas habet latitudinem, & ideo minus debet sufficere vt actus sit licitus, quam vt cadat sub obligatione. Probatur autem illatio facta, quia ab obligatione voti non excusat, nisi illa necessitas, quæ à principio existens redderet votum illicitum, seu (quod perinde est) quæ facit vt ingressus non possit esse materia voti, nam ob hanc solum causam excusat ab obligatione voti; sed hæc necessitas est tantum illa, quæ obligat ad subveniendum parenti: ergo nunquam est necessitas excusans ab observatione voti, quin etiam ad non seruandum illud. Confirmatur, quia vel necessitas parentis talis est, vt ratione illius naturalis præceptum obliget, vel non: si primum, illud præceptum obligat ad non seruandum votum; si secundum, non excusat quin præceptum naturale seruandi votum obliget ob eandem rationem.

Ergo dixi, propria auctoritate, quia necessitas aliqua parentis, quæ per se non sufficit ad obligandum subventioni eius, & consequenter neque ad omitendum votum propria auctoritate, sufficere potest ad obtinendam dispensationem licite, a que ita media auctoritate superioris voti executionem prætermittit. Propria vero auctoritate nunquam id licet, nisi quando necessitas pervenit ad punctum præcepti naturalis, & tunc iam non habet latitudinem, sed quæ excusat à voto, obligat ad non seruandum illud. Et in hoc est differentia inter habentem & non habentem votum; sed ratio differentie est clara, quia in eo qui non habet votum, per se & absque parentis necessitate licitum est non ingredi religionem, & ideo nunquam, proprie loquendo, est licitum non habenti votum non ingredi religionem, quia pater est in necessitate, sed quia non est præceptum, vnde etiam licet, quavis parens non egeat, ac propterea in tali persona optime distinguitur necessitas, cum qua licet non ingredi, id est, quæ nondum facit illicitum ingressum, & quæ illum facit illicitum; tamen ex his duabus respectu habentis votum prior non excusat ab obligatione voti, posterior vero non solum excusat, sed etiam obligat ad non seruandum illud, & ideo in illo non datur medium.

Sed adhuc superest in hoc difficultas, quia secluso voto potest necessitas parentis ad eum gradum pervenire, in quo licet præceptum naturale nondum obliget, nihilominus iudicio prudentum melius & gratius Deo sit manere in seculo, serviendo parentibus, quam ingredi religionem, etiam si in ingressu non iudicetur absolute licitus. Quod in praxi sepe

17. Quævis filii habentis votum licite potest non ingredi religionem, etiam ad id non tenentur.

18.

19.

si sepe vidimus, & considerata materiae qualitate, facile intelligitur casum esse moralem: ergo in eodem casu, quamvis filius votum habeat, licitum erit non servare votum, etiam si ad hoc non teneatur. Patet consequentia, quia non frangit votum qui propter melius illud praetermittit, sed tunc non ingredi est melius, ut in casu supponitur: ergo licitum erit tunc non exequi votum, quamquam non sit obligatorium, quia non obligatur quis semper ad id quod melius est. Respondetur primo in hoc etiam esse dissimilem rationem inter habentem & non habentem votum: nam licet deus respectu non habentis votum posse dari casum, in quo licet non sit praecipuum, nihilominus sit melius manere in seculo ad servandum patri, quam ingredi religionem. Nihilominus respectu habentis votum nunquam id erit melius si non sit praecipuum, quia circumstantia voti semper in illo praeponderat, & facit ut actus non praecipuus & sibi contrarius nunquam possit esse melior, nisi interueniat auctoritas superioris, quae votum ipsum prius auferat. Vnde dicitur secundum illo argumento optime concludi, dari nunc sufficientissimam causam dispensationis, si ut obliget superiorem ad illam concedendam, ita de huiusmodi causa illi constat. Non vero probat quod sine dispensatione id liceat, quia, ut votum obliget, satis est quod secundum se sit de bono melior, nam quod ex circumstantiis extrinsecis hic & nunc id non appareat melius, & est extrinsecum, & moraliter valde incertum, & ideo sine auctoritate superioris non cessat obligatio voti, praesertim cum semper sit melius hunc ordinem servare. Propter quod etiam si a principio factum esset votum existente iam illa parentis necessitate, non existimare tale votum esse nullum, aut non obligare ad ingressum, non obstantem illa necessitate, vel saltem ad petendam dispensationem, quando vouens cupit illud non implere. An vero in hac postrema illatione aliqua limitatio adhibenda sit, statim dicam.

Quaerendum enim superest, an in conclusione ipsa proposita admittenda sit aliqua exceptio. Duarum namque solent assignari propter quas praecautendas dicitur in conclusione, *per se loquendo*. Prior est excusatio filium ab hac obligatione, si a parente ipso, propter cuius obsequium in seculo manet, ad malum animae suae contrarium inducatur. Hanc posuit D. Thom. dict. quest. 101. art. 4. dicens, *Si cultus parentum abstrahat nos a cultu Dei, iam non sit pietatis parentum in seculo cultus contra Deum*; & ad hoc accommodat valgate dictum Hieron. in Epist. ad Heliodor. *Per cultum perge patrem, &c.* Et sententiam Ambrosii lib. in Lucam, *Necessitas generis diuinae religionis pietas auferatur*. Et in solutione ad r. affect sententiam Gregorii hom. in Euangel. dicentis, *Parentes, quos aduersarios in via Dei patimur, odiendo & fugiendo nos debemus*. Idem D. Thom. quodlib. 3. art. 17. & quodlib. 10. art. 3. Et hanc sententiam communiter sequuntur citati auctores.

Aduertit autem Caiet. super dict. art. 4. aliud esse filium prouocari a parente ad malum; aliud inducitur: inducitur enim quando tentatur, etiam si consentiat: quando ergo inducitur, non solum potest, sed etiam tenetur patrem deserere, quod certum est scandalum, multo minus sustinendum, & non solum propter ingressum religionis est tunc praecipuum vitandum, sed simpliciter propter reprobationem, vel aliud quodcumque remedium sufficiens ad fugiendam illam peccati occasionem,

obsequium patris dimitti. Vnde si praecise ac formaliter loquamur, illa non est exceptio, quia tunc non cessat obligatio ad parentes ex causa religionis, sed ex alia vniuersaliori.

Ex quo ulterius mihi occurrit addendum, ob hanc causam non omnino cessare obligationem ad subueniendum parenti, sed solum quantum necesse sit ad vitandam illam occasionem peccati: ita ut si filius permanens in seculo loco distans a parente possit lucrando illi per alios deseruire, & subsidium ferre, & in religione hoc non possit, adhuc teneatur non ingredi, sed parenti subuenire: vel si ingrediens religionem inde possit illi succurrere, teneatur hanc curam non dimittere. Ratio est, quia filius in eo casu solum potest deserere parentem propter vitandum suum scandalum passiuum: ergo solum potest tantum illum deserere, quantum necesse sit ad vitandum illud scandalum: ergo si illo sublato superest medium sufficiens ad subueniendum necessitati parentum, integra manet obligatio. Neque etiam refert quod parens dando scandalum filio, videatur fieri indignus obsequio eius; sit enim indignus apud Deum, non tamen apud filium, qui non est vindex illius peccati sui parentis, nec propterea potest illum priuare iure suo, sed solum potest se immunem seruare, occasionem peccati fugiendo. Item quia ex praecipuo diligendi inimicos tenemur illis subuenire in extrema & graui necessitate, non minus quam si nullum malum nobis intulissent: ergo similiter filius tenetur diligere patrem sibi inimicum inductione ad malum, non minus quam si tale malum ei non intulisset (scilicet quoad dilectionem praecipuam:) ergo ex vi talis dilectionis aequae tenetur necessitati eius subuenire, si possit id facere vitando inductionem ad malum.

Propter quas rationes incertum mihi est quod secundo loco Caietan. ait, quando filius prouocatur a parente, non tamen ab eo inducitur, posse quidem, si velit illum deserere, & religionem ingredi, non tamen teneri, si moraliter certus sit, prouocationem parentis sibi non esse moralem occasionem, ratione cuius constituitur in morali periculo peccandi: Ita enim intelligenda est haec posterior pars, alioqui statim haberet locum illa regula, *Qui amat periculum, peribit in illo*; ac propterea tenebitur filius non solum inductionem, si illam expertus est, vitare, sed etiam prouocationem, si ex illa sentit, vel probabiliter timer morale periculum, quod quia magis humanum est & morale, ideo regulariter verum est, prouocationem sufficere, ut teneatur filius vitare obsequium parentis prouocantis se ad malum. Sicque intelligo illa vera verba D. Thom. dict. art. 4. ad 1. *Si parentes nostri nos prouocent ad peccandum, & abstrahant a cultu diuino, debemus quantum ad hoc eos deserere, & odire*. Quod enim dicit, *quantum ad hoc*, non solum intelligit prout significat Caietan. quantum ad consensum illis non praebendum, sed etiam quoad eos fugiendos quantum necesse sit, ne nos prouocent; nam de hoc modo vitandi parentes potissime loquebatur.

Nihilominus tamen ex illa hypothese (quae prudentis viri arbitrio in multis casibus moralibus admittenda est) veram existimo Caietani sententiam, quod non teneatur filius ratione sui vitare tunc obsequium patris, ne ab ipso prouocetur; quia iam talis prouocatio ipsi non est mala moraliter: ergo non tenetur illam vitare: ergo neque obsequium ratione illius. Addidi vero particulam illam, *ratione sui*, licet Caietan. eam omiserit, quia dubitari potest an propter vitandam spiritualem ruinam ipsius parentis teneatur filius eum fugere: nam ipsamet prouocatio, quae filio non est ruina, parenti est ruina, ut

22. Notandum vero est etiam in eo casu non cessare in se obli-gationem subueniendi parenti si loco distans possit vel quolibet alio modo.

23. An filius quando a patre prouocatur ad peccandum tenetur illum deserere etiam in graui necessitate constituta.

24. Non tenetur in eo casu deserere ratione sui.

quando peccatum est tantum veniale, & inductio
etiam solum est indirecta per exemplum, vel alio si-
mili modo, tunc non solum non videtur filius obli-
gandus, etiam sub veniali culpa ad deferendum pa-
trem, verum etiam nec sufficiens ratio excusationis
illa esse videtur, quia similis occasio in vna, vel alte-
ra materia vix potest humano modo excusari in
quocumque statu, & in quoruncumque hominum,
praesertim secularium, diuturna & familiari consue-
tudine. Item, quia tunc pater, nec propriam iniu-
riam, aut magnam vim filio infert circa peccata, &
alioqui filius absolute potest in eo actu non imi-
tari parentem, seu occasione non consentire, quod
si ex fragilitate non possit omnia vincere, illud non
est magnum detrimentum, maxime cum ferè idem
timere possit in quolibet alio viuendi modo. Ergo
penalis omnibus non est moraliter haec excusatio
admittenda, alioqui ferè omnino enervaretur haec
naturalis obligatio, semperque possent filii à paren-
te excusationem praetendere.

Atque idem dicendum censo de impedimento
operum perfectionis. Est enim valde consideran-
dum, quod licet teneatur filius aliquando propter
parentem non assumere statum perfectionis, nun-
quam tamen teneatur propter parentem non tende-
re ad perfectionem opera consilii & perfectionis ex-
trecendo, sunt enim haec duo valde diuersa, nam ex-
tra statum perfectionis potest acquiri perfectio, &
licet obsequium parentis saepe repugnet cum statu
perfectionis, non tamen repugnat quantum est ex
se, cum perfectione ipsa, quia virtus non potest repu-
gnare perfectioni virtutis. Et haec videtur mihi pro-
pria ratio à priori, ob quam obligatio ad succurren-
dum parenti non cessat propter affectum ad ingres-
sum religionis, quia bonum simpliciter hominis
non consistit in statu perfectionis, sed in perfectio-
ne ipsa; haec autem non excluditur propterea quod
status religionis non assumatur, nam seruando pa-
tri indigent potest ad perfectionem tendere si velit.
Quos autem in eo viuendi modo difficilius id actu-
tus sit, quam si statum ipsum assumpsisset, acciden-
tarium est, nec ob eam causam debet cessare obliga-
tio praecipui, sed ipse animari debet ad difficulta-
tem vincendam si velit esse perfectus. Ex hoc autem
principio aperte colligitur non posse parentem cogere
huiusmodi filium ad non faciendam opera per-
fectionis, quae cum debito sibi obsequio non repu-
gant (si enim repugnauerint, iam in tali persona
ad eius perfectionem non pertinebunt.) Probat, quia
quis in hoc magnum inferret nocumentum filio in
re sibi non necessaria, & circa quem nullum habet
naturale ius: nam in his quae ad bonum suae animae
spectant, filius est omnino iuris sui. Quocirca si pa-
ter in hoc tentaret vim filio inferre, aut ita prouoca-
ret, ut eum induceret ad omittendam perfectionis o-
pera, ut ad non seruandam, vel vouendam perpetuam
continentiam, vel quid simile, haberet filius
sufficiens causam euitandi consortium parentis,
etiam si illum deserere necesse esset, quia magnam
iniuriam & nocumentum ab ipso patretur, à quo
non posset aliter se defendere, cum tamen ius se de-
fendendi habeat. Si autem pater ad hoc filium non
rogat, neque directè inducat, indirectè autem per
vix exemplum, vel alio modo occasione illi praebat,
omittendo talia opera, non erit illa sufficiens
ratio excusationis, ut à fortiori constat ex dictis de
peccato veniali.

Hinc vero difficultas nascitur circa aliam exce-
ptionem à proposita conclusione, quam etiam dixi-
mus communiter assignari, scilicet, si filius probabi-
liter timeat se non posse manere in seculo sine graui
& mortali periculo peccandi mortaliter, posse licitè

ingredi religionem, non obstante patris necessitate,
etiam si periculum illud nullo modo à patre proue-
niat, nec directè, nec indirectè, sed ex aliis huma-
nis occasionibus, etiam si patrem in quacumque ne-
cessitate relinquat, ita sentiunt auctores citati. Syl-
vester verbo Religio, 2. quaest. 7. Cordub. in summa
quaest. 14. art. 1. Alenf. 3. p. q. 31. & D. Thom. in
quodlib. 3. art. 16. & quodlib. 10. art. 9. id satis ex-
pressè asseruit: at vero in 2. 2. de hoc casu non ita ex-
pressè loquitur, sed tantum de priori, ut patet quast.
101. art. 4. & ad 1. & 3. & quast. 189. art. 6. nam hoc
posteriori loco nullam limitationem adhibet, in
prioribus verò solum ponit supra dictam, quando
pater inducit filium ad malum, ibi tamen in corpo-
re hoc insinuat, dum ait, Si cultus parentum abstrahat
nos à cultu Dei, iam non erit pietas parentum insistere cultui
contra Deum. Et haec est ratio huius limitationis, quia
tenetur plus diligere Deum, quam parentes, iuxta
illud, Qui diligit patrem, aut matrem plusquam me, non
est me dignus. Insistere autem obsequio parentum
cum mortali periculo peccandi mortaliter, esset pa-
rentem Deo praefere: ergo. Praeterea quia nemo tene-
tur subuenire parenti cum tanto detrimento suo,
quia nec cum mortali periculo mortis corporalis tene-
tur illi subuenire: ergo multo minus tenebitur
cum simili periculo mortis spiritualis.

Circa hanc ergo doctrinam, ut dicebam, nasci-
tur ex dictis difficultas, quia pater in eo casu non est
villo modo causa talis periculi filii, & alioqui sem-
per est in potestate, & libertate filii cum diuina gra-
tia, illud periculum superare (in quo est magna dif-
ferentia inter mortem spirituales & corporalem.)
cur ergo priuandus pater in eo casu iure suo, & ob-
sequio sibi debito, & non potius cogendus est filius
& ut patri seruiat, & ut omnem diligentiam adhi-
beat ad excusandam vel superandam quacumque
occasionem peccati. Quando enim pater est in
causa, merito filius ab eo se defendit, & pater iustè
deseritur, quando vero pater nullo modo est cau-
sa, sed aliunde ex accidenti prouenit, quod huma-
num est, non videtur vitanda occasio cum iniuria
parentis, sed aliter superata. Confirmatur, quia si
haec excusatio admittitur regulariter loquendo, om-
nis filius ab hac obligatione excusabitur, quia om-
nes dicent, & moraliter non sine fundamento, se
non posse manere in seculo sine periculo peccandi
mortaliter.

Quapropter difficile censo limitationem hanc
ad praxim applicare, ideoque rarissime admitten-
dam esse, nisi vbi haec omnia concurrerint. Primum,
ut periculum extraordinarium sit, nam si ordina-
rium periculum, quod est in seculo, sufficeret, su-
peruacanea esset tota doctrina data. Item si illud pe-
riculum satis est, ut homines obligentur seculum
deserere, & fieri religiosi, cur debet satis reputari, ut
excusentur ab obligationibus honestis ab ipsa natu-
ra datis? Deinde necessarium est ut periculum sit de
materia certa & determinata: nam si solum sit con-
fusè, seu vagè periculum peccandi, nunc in hac, nunc
in illa materia, prout offerri contingit, non excedit
ordinarium periculum peccandi, quantum con-
tingat hoc periculum esse maius in vna persona, quàm
in alia; quod non satis est ad praedictam excusatio-
nem. Praeterea oportet speciale periculum esse inna-
tum ex circumstantiis inseparabilibus ab obsequio
paterno: nam si separari possunt, tenebitur potius
tales circumstantias vitare, nam hoc modo vitabit
periculum, & obseruabit naturale praecipuum. De-
nique, necessarium existimo periculum tantum esse
ut obliget hominem ad ingressum religionis, si ali-
ter illam occasionem peccandi auferre non potest;
quia, ut dicebam, si periculum non obligat ad su-
perandum.

ingrediendi
do religio-
nem, si ti-
meat pro-
babiliter se
non posse in
seculo ma-
nere sine
mortali pe-
riculo pec-
candi mortaliter,
tunc, quia
quasi a-
renti villo
modo ad id
praebat oc-
casione.
Asfirmant
multi.

31.
Ratio diffi-
cultatis de
claratur.

32.
Resolutio
dabit.
Rarissime
licet filio in
eo casu pa-
rentem de-
serere, et
excusari
boni vna
concurrere.

